

Rome, [1602]

/ Beatissime Pater. Cosmas Vachius natione Danus, Serenissimi  
 Ducis Bavariae Consiliarius, ante annos decem ex ipsis haeretico-  
 rum libris deprehensa speciosi dogmatis falsitate se, Dei aspiran-  
 te gratia, ad catholicam fidem convertit. Conversus autem dedit  
 5 operam aliis quoque pariter seductis librorum haereticorum contra-  
 rietates et imposturas detegere atque ea ratione viam veritatis  
 ostendere, cujus rei causa facultatem obtinuit libros prohibitos  
 habendi et legendi à Nuncio Apostolico in Helvetiis, dum sub ejus  
 districtu viveret. Nunc autem cum Monachii apud Serenissimum Ba-  
 10 variae Ducem maneat, ea facultate uti neque vult, neque potest,  
 nisi à Sanctitate vestra confirmetur, Quod quidem humiliter ac ~~sup~~  
 supplex petit, ut suis propinquis et popularibus adhuc in tenebris  
 versantibus, pro talento sibi à Deo donato, prodesse possit. In-  
 formationem de vita et doctrina ipsius P? Gregorius de Valentia,  
 15 qui eum intime novit, dare poterit.

[ F. B. 6. Minute autgor.]